

proportione del luogo, ma bella e vaga da vedere: la commedia è stata l' Aulularia di Plauto latino, ben vestita et recitata da fanciulli con intermezzi di buone musiche et di certi Norcini che hanno fatto ridere assai, et è sodisfatta generalmente a tutti».

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua*.

13. Hipólito Capilupi a la duquesa de Mantua (1)

Roma, 14 de febrero de 1551.

Fiestas del carnaval. La domenica pasata, che fu il dì della creatione di S. S^{ta}, essa secondo il costume invitò tutti i rev^{mi} a disenare con seco et dopo pranzo li condusse insieme con gli ambasciatori di Francia, Portogallo et Vinezia et altri in Belvedere a veder recitare una commedia composta da m. Alessandro Martio Senese et servitor del rev^{mo} S. Giorgio, la quale per quel che ognuno riferisce riuscì molto inepta et poco honesta et nelli atti et nelle parole, et poco mancò che non fusse sibilata con tutto che vi fosse la presentia di S. S^{ta} et li spectatori fussero pochi per la incapacità del luogo et persone honorate, et S. S^{ta} fastidita dall' ineptie di detta commedia si adormentò et dormì buona pezza et alla fine della commedia disse che [chi] l' havea composta meritava iscusatione perchè era Siense... Sigue una relación sobre otras fiestas, corridas de toros en la plaza de S. Pedro, etc.

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua*.

14. El Papa Julio III a Pablo Giovio (2)

Roma, 15 de agosto de 1551.

Julius pp. III.

Venerabilis frater, salutem etc. Librum, quo illustrium virorum (3) imagines (4) pro ingenio et eloquentia tua (5) varie et copiose ornasti, a te nobis nuper missum, valde libenter accepimus; nec minus libenter cognoscendis illorum moribus et actis, praesertim tam erudite a te explicatis, aliquid nonnunquam succesivi temporis non mediocri cum voluptate impertiemus. Interea (vero) (6) maioris historiae tuae partem alteram, quam te nobis scripsisti ita iam comparatam habere ut in lucem (hominum) (6) prodire possit, cum aliquo etiam desiderio nostro expectabimus. (Speramus scilicet per labores et vigilias tuas res gestas aetatis nostrae ad posteritatis memoriam quam diutissime pro-

(1) Cf. arriba pág. 81.

(2) Cf. arriba pág. 307.

(3) Corregido en vez de ducum.

(4) Cf. Fueter, 51 s., 55.

(5) Corregido en vez de ingenio eloquentiae tuae elegantia.

(6) Lo que hay entre paréntesis, está tachado en el original.

pagatum iri, et ad celebritatem eius nominis, quod iam pridem in multiplici literarum laude consecutus es, praeclarum cumulum accessurum.) (1) Quod vero, si per pedum aegritudinem tibi licitum fuerit, te ad nos accessurum polliceris, id si divino adiuvente numine evenerit, nos quidem te, quem doctrinae et urbanitatis (2) causa semper plurimum dileximus, libentissime videbimus, atque omni, quam res et tempus feret, benevoli ac propensi animi significatione prosequemur.

Datum etc. Romae apud sanctum Petrum etc. Die XV augusti 1551, anno 2°.

Rom[ulus Amasaeus].

Min. brev., Arm. 41, t. LXI, n. 693. *Archivo secreto pontificio*.

15. El Papa Julio III a Francisco de Augustinis (3).

Roma, 6 de mayo de 1552.

«Cupientes pro publico commodo almae Urbis nostrae, et pro nostrorum subditorum utilitate antiquam Tyberis navigationem a Portu S. Ioannis territorii Perusini usque ad confinia nostrae civitatis Hortorum inclusive ab aliquibus ex nostris predecessoribus olim tentatam, instaurare, et antequam id fiat, scire quibus modis, viis ac rationibus et quanta etiam impensa fieri possit», te nombramos comisario para esto, y te mandamos, que junto con «Petroleone Percello comite Vallis Codalis» recorras el sobredicho trayecto del río, hagas averiguaciones sobre el estado de su lecho y orillas, nos indiques «conficiendi rationem» y comuniques a los que viven cerca del Tíber hasta la distancia de 15 millas, que es nuestra intención..., «ut quemadmodum utilitatem non parvam ex ipsa navigatione percepturi sint, ita aliquam impensarum ratam in eam contribuant, quae postea in opere conficiendo eis significabitur». Damos orden que se os dé alojamiento y se os preste ayuda.

Min. brev., Arm. 41, t. LXIV, n. 297. *Archivo secreto pontificio*.

16. El Papa Julio III al cardenal Juan Alvarez de Toledo (4)

Roma, 29 de julio de 1552.

Dilecto filio nostro Ioanni tituli s^{ci} Pancratii presbitero cardinali Compostellano nuncupato.

Julius papa III.

Dilecte fili noster, salutem etc. Cum sicut accepimus dilecti filii prepositus et clerici regulares congregationis Sancti Pauli Mediolanen-

(1) Lo que hay entre paréntesis, está tachado en el original.

(2) La primera redacción decía ingenii et doctrinae.

(3) Cf. arriba pág. 158.

(4) Cf. arriba pág. 206.

sis, per fe. re. Clementem VII primo institute et deinde Paulum III romanos pontifices predecessores nostros ac postremo nos et sedem apostolicam variis privilegiis locupletate, quosdam libros per quondam Baptistam de Crema dum viveret ordinis fratrum predicatorum professorem, ab eodem ordine per sedem apostolicam exemptum, cuius cadaver in monasterio monialium s^{ti} Pauli conversi etiam Mediolanensis ordinis s^{ti} Augustini perinde ac sanctificatum (facili tamen prepositi et clericorum predictorum necnon dilectarum in Christo filiarum priorisse et conventus dicti monasterii credulitate) custoditur, editos, quos nuper venerabiles fratres nostri sancte romane ecclesie cardinales ad officium inquisitionis heretice pravitate apostolica auctoritate deputati, de quorum numero tu existis, per diversos religiosos sacre theologie professores diligenter examinari fecerunt et etiam ipsi examinarunt, et deinde eosdem tamquam doctrinam scandalosam in plurimis, in aliis vero temerariam et in multis hereticam continentes, de ipsorum professorum consilio et assensu damnarunt et reprobarunt, per multos annos passim et indistincte legerint et forsitan de presenti legant; et insuper post delegatam a sede apostolica curam visitandi monasterium predictum preposito pro tempore existenti dicte congregationis, is et predicti clerici aditum apud conventum predictum crebrius quam decuit sibi sensim usurpantes capitulumque et alia acta publica una cum dictis priorissa et conventu facientes etiam regimini et administrationi ceterisque negotiis publicis dicti monasterii hactenus simul incubuerint librosque predictos eisdem priorisse et monialibus legendos, et ulterius dilectam in Christo filiam Paulam Antoniam monialem dicti monasterii elogium homini inconcessum scilicet matris divine sibi ipsi temere arrogari ceterisque quibusdam apud utrosque superstitionibus et signanter quoad mutuum defectuum uniuscuiusque eorumdem incusationem palam inter eos faciendam diutius abuti permiserint et ex facili continuaque eorumdem cum dictis priorissa et monialibus conversatione scandalum non modicum in vulgus generarint: quapropter, nisi vetitis utrobique et doctrine usu et communicatione aliisque abusibus predictis, de quibus cardinales deputati predicti vel ab eis subdeputati ex duorum clericorum dicte congregationis relatione informationem amplioem habuerunt, prepositus et clerici ac priorissa et moniales predicti ad veram regularis discipline normam per salubris reformationis antidotum reducantur, ipseque priorissa et moniales iuxta sue regule institutionem debita clausura arceantur, valde profecto timendum sit, ne cetera cum virorum tum mulierum partium illarum monasteria et alia regularia loca in similes errores prorumpant: Nos igitur, quibus pro cura nostra pastoralis incumbit indirecta dirigere et salubria plantare, ne doctrina predicta una cum dictis abusibus longius latiusque serpens gregem dominicum inficiat, ea ab eisdem congregatione et monasterio imprimis evellere scandalisque predictis quantum possumus obviare, et, ut dicta congregatio opportunis adiuta presidiis uberiores in agro domini fructus producere queat, eidem de utili et idoneo protectore providere volentes,

motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, circumspectionem tuam, cuius eximia fides, ingenii claritas, gravitas ac in infrascriptas exequendis singularis atque matura experientia alieque permulte virtutes veteris experientie documento nobis haud ignote sunt sub cuiusque presidio dictam congregationem salubre incrementum suscepturam non dubitamus, protectorem ipsius congregationis in Romana curia ac apud nos et dictam sedem cum auctoritate potestate et facultate aliis protectoribus ordinum quorumcunque attributis dicta auctoritate tenore presentium constituimus et deputamus, precipientes in virtute sancte obedientie preposito et congregationi predictis ac quibusvis aliis, ad quos pertinet, ut te in eorum et dicte congregationis protectorem recipiant et admittant ac obsequia aliis eiusmodi protectoribus impendi solita exhibeant; et insuper eidem circumspectioni tue per presentes committimus et mandamus, ut per te vel alium seu alios seculares vel cuiusvis ordinis etiam mendicantium regulares, quem seu quos ad hoc duxeris eligendum seu eligendos, ad domos et loca congregationis ac monasterium et conventum huiusmodi accedens, eadem ac prepositum et clericos necnon priorissam et moniales aliasque utriusque sexus personas illorum auctoritate nostra visitare doctrinamque predictam eiusque usum et lecturam tam publicam quam privatam necnon singulos predictos ceterosque abusos imprimis et ante omnia prohibere ac omnia et singula alia, que correctione, emendatione et punitione indigere cognoveris seu ipsi deputandi cognoverint, in spiritualibus et temporalibus tam in capite quam in membris reformare et emendare eadem auctoritate procures. Nos enim tibi et a te deputando seu deputandis predictis tam circa premissa quam alias de statu congregationis ac monasterii et conventus necnon vita ac moribus tam prepositi et clericorum quam priorisse et monialium predictorum studiose inquirendi et eos ex preposito et clericis ac priorissa et monialibus, qui delinquentes et alias culpabiles comperti fuerint, iuxta regularia sui ordinis instituta atque delicti exigentiam ac canonicarum sanctionum dispositionem etiam per incarcerationem, penis debitis absque iudiciorum strepitu puniendi, castigandi et corrigendi, ac prepositum et priorissam necnon clericos et moniales predictos ab eorum administrationibus et officiis, si eorum demerita id exegerint, perpetuo vel ad tempus suspendendi et privandi, ac ab illis realiter et cum effectu amovendi eorumdemque loco de eis aliis personis providendi aut perpetuo vel ad tempus substituendi; necnon delinquentes quoslibet, si id humiliter petierint, ab excessibus et delictis etiam heresis necnon excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque sententiis, censuris et penis ecclesiasticis et temporalibus quibuslibet in foro conscientie tantum, iniuncta eis pro modo culpe penitentia salutari, absolventi; ac pro salubri regimine et directione dicti monasterii tam dictam Paulam Antoniam quam alias personas tibi benevisas de dicto monasterio ad aliud monasterium seu regularem locum tibi benevisum, ut inibi

quamdiu tibi videbitur permaneant, mutandi, ac omnia et singula alia que pro salubri directione et reformatione predictis ac alias iuxta canonicas sanctiones ac congregationis et ordinis predictorum regularia instituta eorumdemque regimen et administrationem necessaria fuerint et quomodolibet opportuna faciendi, ordinandi, statuendi et mandandi, ac contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, per excommunicationis, suspensionis et interdicti aliasque formidabiliores, de quibus expediens fore videbitur, sententias, censuras et penas, appellatione postposita, compescendi ac legitimis super his habendis servatis processibus sententias censuras et penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravandi auxiliumque brachii secularis, si opus fuerit, invocandi plenam et liberam auctoritate predicta tenore presentium concedimus facultatem; non obstantibus premissis et apostolicis ac in provincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus necnon congregationis ac monasterii et conventus ordinisque predictorum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, conservatoriis et litteris apostolicis eisdem preposito et clericis ac prioris et conventui eorumque monasterio, domibus, ordinibus, superioribus et personis sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis et decretis per predictos et quoscunque alios romanos pontifices etiam predecessores nostros ac nos et sedem predictam etiam motu simili ac consistorialiter et alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis; quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, contrariis quibuscunque, aut si preposito et clericis ac prioris et conventui predictis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod aliquos contra eis concessa privilegia et indulta ad visitandum eosdem admittere minime teneantur et ad id compelli, ipsique ad iudicium trahi aut interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, conservatoriis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta visitationis et aliorum premissorum effectus tueque iurisdictionis explicatio impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis et que quoad premissa nolumus eisdem in aliquo suffragari.

Datum Rome apud sanctum Marcum etc. die 29 iulii 1552 anno 3^o.
Protectio huiusmodi cum facultate suprascripta visa fuit necessaria rev^{mis} dominis meis cardinalibus inquisitoribus, et nisi fiat reformatio ut petitur quoad libros et mores, non nomen monasterii sed aliud habere merebitur.

J. Card. Puteus.
Gal.

Min. brev., Arm. 41, t. LXV, n. 523. *Archivo secreto pontificio*.

17-18. El Papa Julio III a Aníbal Spatafora (1)

Roma, 24 de febrero de 1553.

Dilecto filio Hanibali Spatafore archimandrite Messanensi ordinis
s. Basilii commissario nostro.

Dilecte filii, salutem. Accepimus reperiri in nonnullis regni neapolitani et praesertim provinciae Calabriae et insulae Siciliae monasteriis ordinis s. Basilii, quae in commendam obtinentur et in quibus monachi graeci degunt, diversos libros graecos tum sacros tum profanos, qui hactenus typis excusi non fuerunt, raros sane nec parvi momenti aut aestimationis, ex quibus, si vel eorum fierent exemplaria vel imprimerentur, magna ab omnibus capi utilitas et commoditas posset providereturque ne aut a tineis corroderentur aut absumerentur a tempore, sicut plurimis aliis accidit. Quare nos, qui veterum scriptorum memoriam, et maxime illorum qui pro christiana religione insudarunt, quantum in nobis est, ad Dei servitium et publicam commoditatem et utilitatem conservare desideramus, neque tamen dicta monasteria ipsis libris privare intendimus, confisi in doctrina, prudentia ac diligentia tua, mandamus tibi, ut ad dicta monasteria te personaliter conferas et bibliothecas vel alia loca, in quibus dicti libri conservantur, invisas librosque ipsos diligenter inquiras et scruteris, et eos qui cognitione et instauratione digni tibi videbuntur seponas et presentibus notario publico et testibus a commendatariis ipsorum monasteriorum, si inibi fuerint, alias ab eorum agentibus aut monachis et conventibus monasteriorum eorundem tibi nostro nomine recepturo consignari facias et ad nos vel comportes vel transmittas; nam, posteaquam vel transcribi vel imprimi eos fecerimus, ipsis monasteriis quorum fuerunt omnino reddentur. Si vero, quod non credimus, dictos libros perquirere non permittis vel illi quos volueris tibi denegabuntur, tibi quod tam ipsos commendatarios quam eorum agentes aut ipsorum monasteriorum monachos et conventus ad permittendum tibi quod libros ipsos perquirere possis et ad eos quos volueris tibi, ut prefertur, consignandum per censuras ecclesiasticas et alia oportuna iuris remedia, appellatione

(1) Cf. arriba p. 305.

postposita et invocato si opus fuerit auxilio brachii secularis, cogere et compellere valeas facultatem et potestatem apostolica auctoritate tenore presentium damus et concedimus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac monasteriorum [eius] ordinis predictorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque; seu si aliquibus etc. mentionem [etc.].

Datum Rome apud Sanctum Petrum etc. die XXIII february 1553 anno 4^o.

Ita S^{mus} D. N. mandavit.

M. Cardinalis sanctae Crucis
Io[annes].

Min. brev., Arm. 41, t. LXVII, n. 120. *Archivo secreto pontificio*.

19. Camilo Capilupi al cardenal Hércules Gonzaga (1)

Roma, 14 de marzo de 1553.

... Due dì sono che qui incomincia a far bel tempo et S. S^{ta} se ne va ogni dì alla Vigna, alla quale si fabrica molto gagliardamente. S. S^{ta} ha pensato di voler mettere il Borgo in fortezza et similmente S. Pietro col Palagio, et già si sono cominciate a far le fosse dalla parte della muraglia di Borgo che è congiunta col Palagio et col Castello dov' è il corridore, et si lavora anco dalla parte di S. Pietro, cioè dietro la fabrica là sopra il monte, dove è quella muraglia vecchia...

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua*.

20. C. Titio a Cosme I, duque de Toscana (2)

Roma, 14 de marzo de 1553.

...Ha detto un cardinale a un amico mio, che il rè di Francia et il card. di Lorena hanno scritto qui al ambasciator regio che non faccia più parole ne ricerchi S. S^{ta} per conto della promotione di Ghisa, poichè tante volte ha promesso di farla et menatola in lungo d' hoggi in domani nè mai n' è venuto a conclusione alcuna, et che quando lo facci o non lo facci non gle ne sapranno grado alcuno. Questo cardinale, che dall' ambasciator intese questo in molta confidentia, dice che corse subito a dirlo al Papa, il qual disse con molta colera che per ancora non l' haveva fatto et che avanti lo facessi ne voleva esser arcipregato et poi risolversi a quel che più li piacesse...

Orig. *Archivo público de Florencia*.

(1) Cf. arriba pág. 329.

(2) Cf. arriba pág. 173.

21. El Papa Julio III al rey Fernando (1)

Roma, 20 de noviembre de 1553.

Ferdinando regi Romanorum.

Mittimus ad M^{tem} tuam dil. fil. Zachariam electum Pharen., praelatum nostrum domesticum, qui tuae M^{ti} has litteras reddidit..., ut dil. fil. Hieronymo Martinengo succedens apud ipsam M^{tem} tuam nostrum et huius s. sedis nuntium agat. Hortamur M^{tem} tuam..., ut... eum benigne excipere ac libenter audire fidemque illi de omnibus rebus habere velit.

Datum Rome apud s. Petrum etc. die XX nov. 1553 anno 4^o.

Min. brev., Arm. 41, t. LXIX, n. 746. *Archivo secreto pontificio*.

21 a. Everardo Serristori a Cosme I, duque de Toscana (2)

Roma, 14 de enero de 1554.

... La riforma va tuttavia inanzi et si tien per certo habbia a seguire poichè s' intende che in Hispagna et in Portogallo si risolvono d' osservare le determinazioni del concilio di Trento senza aspettare altra confirmatione del Papa sendovisi trovato in persona a farle, quando vi era legato, il che sarebbe non si facendo la riforma con poca dignità di S. B^{no} (3)...

Orig. *Archivo público de Florencia*.

21 b. El cardenal Morone al cardenal Pole (4)

Roma, 21 de diciembre de 1553.

La S^{ta} del Papa tien per fermo per molte ragioni e scontri che la regina d' Inghilterra si debbia maritare col principe di Spagna e non gli dispiace tal matrimonio per beneficio del regno e per ridurlo in tutto alla vera religione et unione della chiesa giudicando che stando la regina senza marido sia istromento troppo debole a governare longamente quei popoli di natura feroci et instabili et assuefatti alle novità, massimamente intendendosi le divisioni intrinseche e suborna-

(1) Cf. arriba pág. 216.

(2) Cf. arriba pág. 167.

(3) V. el *breve de 27 de febrero de 1554 al nuncio de España super controversiis ortis inter prelatos et capitula ecclesiarum Hispaniae super sensu quorundam decretorum concilii Tridentini, en el cual se ordena tomar informes sobre las quejas y reclamaciones de los cabildos, y comunicarias a los prelados, para que ellos puedan exponer sus razones en contra, y después mandarlo todo al Papa, para que él pueda atender a esto en la reforma. Min. brev., Arm. 41, t. LXX, n. 116. *Archivo secreto pontificio*.

(4) Cf. arriba págs. 254 y 262.

tioni degli esterni per le quali non crede che un rè del paese sia atto a ridurre quel regno all' obbedienza; anzi per vincere l' emulazioni che potrebbe avere e per stabilirsi crede saria necessario accomodarsi; come per il contrario confida in Dio, che il principe di Spagna essendo catholico nato e nutrito et havendo la potenza sua vicina di Spagna e di Fiandra possa con maggior autorità introdurre l'unione alla Chiesa e difendere la regina dalli nemici interni e esterni.

Stando dunque queste cose Sua S^{ta} giudica che saria non solo pericoloso il voler impedire tale matrimonio, ma ancora nocivo alla religione et all' interesse di questa S. Sede e però desidera che V. S. R^{ma} venga nella medesima opinione e resti di ciò persuasa et andando alla corte dell' Imperatore, come vuol che vadi contentandosi Sua M^{ta} Ces^a, mostri con parole et effetti tal desiderio, non lasciando di far officio opportuno acciochè seguendo il matrimonio l'Imperatore non habbia da restare offeso e pigliar occasione di tener il regno in scisma.

Sua S^{ta} mostrava di dubitare che quella non fosse per accomodarsi e spesso mi replicava che sarebbe impertinente cosa il volersi opporre al corso di un fiume impetuosissimo piacendogli quella sentenza: frustra niti et nil nisi odium quaerere extremae dementiae est. Io gli ho affermato, che V. S. R^{ma} è figlio di obbedienza e tenendo gli occhi a Dio, che quella in nessun tempo mai contrafaria alla volontà di S. B^{no}.

Ha voluto solo che io sappia questa sua volontà et avvisi V. S. R^{ma} e voleva che io scrivessi in cifra non fidandosi ne de' suoi ne de' miei, ma ha dubitato che quella non avesse la cifra e però ho scritto a questo modo e dato la lettera in man propria di mons. Fabrizio, colla quale sarà il breve credenziale di Sua S^{ta}.

Del parere mio non occorre che io dica altro essendo in ciò risoluta Sua B^{no} e convenendosi a lei obbedire. Solo l' avvertisco di tener il segreto appresso di se come Sua S^{ta} ordina per degni rispetti di tutti li potentati d' Italia e di fuori.

Il padre maestro del sacro palazzo nuovo arcivescovo di Consa verrà nuntio appresso l' Imperatore. Mi rallegro per amor di V. S. R^{ma} che avrà tal compagnia e certo è uomo di Dio e di gran prudenza, sebene esso si stima tanto poco che vi è stato da fare a quietarlo, ma alla volontà di Dio non si deve far resistenza.

Copia. *Bibl. Corsini de Roma*. Cod. 33, E. 19, 471-474.

22. El Papa Julio III a Pedro Antonio de Capua, arzobispo de Otranto (1)

Roma, 31 de mayo de 1554.

Como te hemos citado al juicio de la Inquisición para la purgatio, y has probado tu inocencia y jurado que siempre has seguido la fe católica, y han atestiguado tus cuatro compurgatores, que siempre has

(1) Cf. arriba pág. 216.

vivido católicamente, y Nos vimos tu vida piadosa en los años de tu permanencia en Roma, te recibimos de nuevo en el seno de la Iglesia y te reponemos en tu honor (1).

Min. brev., Arm. 41, t. LXXI, n. 318-319. *Archivo secreto pontificio*.

23. Salvoconducto de Julio III (2)

Roma, 20 de octubre de 1554.

Universis et singulis praesentes literas inspecturis salutem etc. Cum dilecti filii nautae praesentium ostensores conducant ex portu Livornii ad hanc almam Urbem nostram lateres parvos quadratos et pictos ex Hispania adductos pro conficiendis pavimentis villae nostrae, idcirco subditis nostris sub indignationis et arbitrii nostri pena precipimus, non subditos vero hortamur et requirimus, ut ipsos nautas cum ipsis lateribus navigiis sarcinis rebus sociis et servientibus ad nos libere et secure sine aliquo impedimento sive pedagogii solutione venire permitant, quinimmo auxilium eisdem et favorem opportunum praesent.

Datum Romae apud sanctum Petrum etc. die XX octobris 1554 anno 5^o.

Io[annes].

Min. Brev., Arm. 41, t. LXXII, n. 640. *Archivo secreto pontificio*.

24. Everardo Serristori a Cosme I, duque de Toscana (3)

Roma, 1.º de diciembre de 1554.

... Lessesi di poi un' altra parte della reforma, oltre a quella del conclavi, ch' io scrissi a questi giorni all' E. V., et si ordinò che ne

(1) El caso del arzobispo de Otranto fué tan sonado, que Morone en 1557 en su escrito justificativo advirtió lo siguiente: «La storia sua è nota» (Cantú, *Eretici*, II, 189); después cayó en tanto olvido, que Druffel (III, 255) declaró que sobre el mismo no podía citar ningunos pormenores. En las relaciones de embajada se halla en octubre de 1551 la primera mención de que Julio III, a causa de las averiguaciones de la Inquisición, estaba contra el nombramiento del arzobispo para cardenal. (V. la carta de F. Gonzaga, de 20 de octubre de 1551, en de Leva, V, 276.) Por una *carta de Bartolomé Serristori, arzobispo de Trani, fechada en Roma el 23 de octubre de 1553, se sabe que la oposición de la Inquisición contra el arzobispo todavía continuaba por este tiempo. El 14 de diciembre de 1553 notifica *B. Serristori, que Manrique, en nombre del emperador, ha trabajado recientemente en favor del cardenalato del arzobispo, y que en vista de ello resolvió Julio III oír a los Reverendissimi de la Inquisición. Que el martes se celebró ante el Papa una sesión de la Inquisición, en la cual el arzobispo se defendió muy bien; y que a consecuencia del secreto de las deliberaciones sólo se oía decir, que en otra creación de cardenales se tendría cuenta con él (*Archivo público de Florencia*). Nueva información auténtica da el breve citado en el texto, hasta ahora desconocido.

(2) Cf. arriba pág. 318.

(3) Cf. arriba pág. 168.